



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 56. Epistola S. Hieronymi ad Paulinum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

Martyres inhumari curarunt. In hoc Sæculum IV.
 rerum suarum statu, cum diu deliberas- A. C. 394.
 sent, mundo valedicere, seque totos Deo
 addicere statuerunt; uxor non modo non Paul. Pœm.
 refragabatur, sed & animos marito ad- 15. sub fin.
 debat. Ipse a S. Delfino, Episcopo Bur-
 degalensi, annos natus circiter triginta
 octo, baptizatus est, anno 392. unde se-
 quitur, S. Augustino fuisse coætaneum,
 atque circa annum 354. primo lucem a-
 spexisse. Quia usque ad plenam vitæ
 conversionem baptizari distulerat. Ac-
 cepto Baptismo statim Monasticum in-
 stitutum amplexus, in Hispaniam cum
 Coniuge sua se contulit, quam exinde
 non alio, quam fraterno affectu profecu-
 tus est. Illustrissimi viri secessum volans
 per orbem fama vulgavit; multi obscu-
 rum vitæ genus vituperabant, atque in-
 ter istos amicus ejus Aufonius, qui ob-
 jurgabat, quod se virum a foemina regi
 pateretur, jamque atra bile vexaretur;
 At S. Paulinus Aufonio, versibus scriptis Auf. ep. 23.
 se aggredienti, rescriptis versibus, ut o- 25. ad Auf.
 portebat, respondit. ep. 3. Pœm.
11. 12.

§. LVI.

Epistola S. Hieronymi ad S. Paulinum.

Vigilantio, Ecclesiæ Barcenonensis Pres- Hier. ep. 13.
 bytero, Hierosolymam proficiscenti, ad Paulin.
 S. Paulinus Epistolam ad S. Hieronymum Paul. ep. 9.
 ferendam dedit, qua eum de vitæ ratio- al. 28. ad Sev.
 ne, Gennad. in
Paul.

Sæculum IV.

A. C. 394.*Hier. in Vig.**c. 4. Id. op.**13. c. 2.*

ne, in solitudine tenenda, consulebat, & gratulabatur, quod ei in sanctis locis vivere datum esset; simul submisit sermonem, quem amici cujusdam rogatu in defensionem Imperatoris Theodosii adversus Paganorum calumnias scripserat, sed non publicaverat. Vigilantius Palaestina nam attigit illo tempore, quo terra mota est, idque Theodosii mortem præcessisse creditur versus finem anni 394. S. Hieronymus responsorias ad S. Paulinum dedit, in quibus inter alia dicit: *Noli credere, quidquam fidei tuæ perfectioni desse, eo quod Jerosolymam nunquam videris, aut me ideo vivere sanctiorem, quod Bethlebemi habitem. Ea solum locorum diversitas ad sanctum tuum propositum facit, si relictis urbibus, ruri degas. Jerosolyma vasta urbs est, in qua Senatum publicum, Curiam, officiales, Mimos, lustriones, scorta invenies, & quidquid in aliis urbibus videris, ingentem populi multitudinem, & omnium nationum ex mundo concursum. Itaque quidquid in aliis civitatibus fugienda existimas, tibi Jerosolymæ occurrent.*

c. 3.

Tum Conditionis Clericalis, & instituti Monastici diversitatem indicat. *Si placet functiones Presbyteri, aut Episcopi in te suscipere, inquit: in urbibus, & oppidis vive, & dum aliorum salutem procuras, etiam tuæ invigila; si autem no-*

men Monachi, id est, solitarii, quod geris Sæculum IV.
implere cupis, quid tibi, & urbibus, quæ A. C. 394.
multitudinis commodo paratæ sunt? om-
ni conditioni hominum præclara exem-
pla ante oculos posita sunt; Episcoporum,
& Presbyterorum est Apostolos, virosque
Apostolicos imitari; nostri autem Duces
sunt Pauli, Antonii, Hilariones, & si o-
riginem nostram altius ex Scriptura re-
petamus, Elias, Prophetarum filii, & Re-
cabita. Rogo te igitur, quia Sorori tuæ
sanctæ alligatus es, nec integra uteris li-
bertate, hominum conventus, convivia, &
comitatem urbanam evita. Ante solis
occasum non manduces, nec nisi vilissima,
qualia sunt olera, & legumina. Libros
adversus Jovinianum habes, ubi de com-
messationibus contemnendis prolixè tra-
ctatur. Sacra Scriptura semper in ma-
nibus tuis sit; sæpe orandum, sæpe vigi-
landum. Eleemosinas, quas largiris, tuis
manibus distribue. Aliorum eleemosinas
distribuendi curam in te non suscipias;
sed & tua non sine prudentia, & discre-
tione eroga, eorumque jam te dispensato-
rem esse memento, non Dominum.

Deinde orationem ejus, qua Theodo-
sium defendit, laudat; erat illa Panegy-
ris, qua demonstrabat, Theodosii fidem
magis, quam arma de Tyrannis trium-
phasse, atque hunc Principem supremam
potestatem cum humilitate Christiana pul-

Sæculum IV.
A. C. 394.

pulcherrima societate conjunxiffe. S. Hieronymus hanc orationem prudentia plenam, elegantem, & ad omnes artis regulas exactam judicat. S. Paulinum hortatur, ut datum sibi eloquentiæ donum excolat, ingeniumque suum Sacræ Scripturæ, & Scriptorum Ecclesiasticorum lectione fœcundet; S. Hieronymus hic Scriptores memorat, & transeundo sua crisi perstringit. Illo ferme tempore, a S. Hieronymo consilium expetiit per Epistolam Furia, Romæ ex primis stirpibus orta, Camillorum, & S. Paulæ propinqua; ea, cum esset vidua, juvenis, & improlis, quid sibi ad salutem optimum esset, exquirebat. Eam S. Hieronymus hortatur, ut in eo, quo erat, statu permaneat, quantumcunque Pater ejus Letus instaret, & familiares alterum matrimonium suaderent. Secundarum nuptiarum incommoda ante oculos exhibet, & suadet, ut non tantum ab esu carniæ abstinereat, & a vino, sed etiam delicatiora legumina non gustet; lectioni, orationi, elemosinæ distribuendæ intendat animum, & procul ab hominum commercio vivat. Eam quoque ad libros, adversus Jovinianum, ante annos duos scriptos, remittit.

§. LVII.

S. Paulini Conversio.

Ep. 10. Cum S. Paulinus Barcenone officio Ecclesiæ